

cruenta nati sæuitia: Huius quidem visionis auctor est Ponticus Heraclides, doctus vir, ut ait Tullius, & discipulus Platonis. At sequentis, eodem ipso Tullio vetustiorem testem non inuenio.

ALCIBIADES.

Alcibiades paulò priùs quam è rebus humanis repelleretur, se amicæ suæ veste coniectum somnijauerat, alias fortassis sperare licuit illecebras amanti. Sed enim breui post occisus, & nullo misserante insepultus iacens, amicæ obuolutus amiculo est. Non differam Philosophos.

SOCRATES.

Socrates dum carcere clauderetur, Erichthoni familiari suo narrauit, excellentis formæ mulierem ad se in somniis accessisse, & nomine appellantem versum Homericum ex quo tertia sibi luce moriendum illa coniceret recitauit. Atque ita accedit: Satis locupletes testes rerum etiam grauiorum. Huius enim somnij Platonem auctorem affert Ciceron: sequentis Aristotelem.

EUDEMIUS CYPRIUS.

Cvius familiaris Eudemius Cyprius, in Macedoniam proficiscens, Pheras Thessal-